Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 251
Quelle:
Copyright:

Bibl. PP. Lugd. T. XX. p. 1153. ubi totus hic *Honorii* Presb. *Augustodun.* qui non, ut ait *Fabric. Bibl. med. Lat.* L. VIII. p. 277. circa an. 1300. sed in confinio Sec. XI. et XII. floruit, *Commentarius* legitur. In hujus Praef. fine pro, *sententias vero authoribus relinquens*, Noster habet: *sanctorum auctoritati relinquens. Explicit Prefatio*, et mox sub titulo: *Honorius In Cantica Canticorum*, tota illa Προλεγομενα, quae in *Editis* in *tres Prologos* distincta sunt, nobis indivisa decurrunt. At vero sub finem totius Expositionis post ea verba: *brevi epilogo cuncta repetamus*, nova nobis habetur Inscriptio miniata: *Repeticio Superiorum*, et linea magna litera capitali ceterisque majusculis orditur: *Hic. Liber. Ibi. Incipit. Vbi. Genus. Humanum* &c. Alia hujus Commentarii Exempla proferentur deinceps.

II. *fol.* 114. absque ulla inscriptione sequitur ejusdem *Honorii* Opusculum, de quo ipse sub finem praecedentis Operis: *Extat libellus a nobis editus. qui intitulatur Sygyllum Sancte Marie in quo tota cantica specialiter adaptata sunt eius personę.* Initium ejus est: *Optimo Magistro Librorum Registro. frequentia discipulorum* &c. Extat et hic Libellus in *Bibl. PP. T. cit.* p. 1217. et nobis alibi.

III. *fol.* 136. pariter absque ulla inscriptione ejusdem Opusculum, quod in ejus *Luminaribus Ecclesiae* L. IV. c. 17. *Neocosmus de primis sex diebus*, apud *Trithemium* vero n. 357. *Hexameron* dicitur. Edidit illud e *Cod. Gemnicensi* T. II. *Thes. Anecd.* P. I. p. 71. *Bern. Pezius*, qui in *Dissert. Isag.* p. 6. recte judicavit, laciniam illam *de Templi Aedificatione* illi praemissam non esse *Honorii*, nec hujus loci. Interim tamen et *Codex* noster illam ostentat. Genuinum itaque initium est: *Quia multi multa de primis sex diebus disseruerunt* &c. E verbis illis: *Cui uero hoc placeat elucidario nostro in capite praefigat*, confirmatur Opusculum hoc ad *Honorium* pertinere; quamvis enim *Elucidarium* illud *Anselmo Cantuar. Guiberto Novigentio, Guilelmo Coventriensi* Carm. quin ipsi *Augustino* a Variis tributum sit, *Honorii* tamen esse cum e *Trithemio*, tum ex ipso *Honorio* L. *cit. de Luminarib. Eccl.* constat, ubi distincte memoratur: *Elucidarium in tribus libellis: primum de Christo, secundum de Ecclesia, tertium de futura vita*, quibus, si e mente Autoris nostrum *de Mundi creatione* praefixeris, habebis quatuor concinno ordine. Finit: *et homo inobediens cum muliere sue dampnationis in exilium intrare compellitur.*

XCVI. VIII F. 16.

Codex membraneus lat. Sec. 472
XII. Folior. 54. 4. probe exaratus, et rubricis distinctus continet: I. *Honorii* dicti *Solitarii* Presb. *Augustodun.* breviorem *Cantici Cantic.* expositionem, quam *Sigillum*